

JOSEPHUS JOACHIMUS

GOLDTMANN

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA

EPISCOPUS SANDOMIRIENSIS,

ORDINIS S. STANISLAI I. CLASSIS EQUES.

*Amedum Prædo Theophilo Jahubowski Curato in Wsola
Nobis in Christo Dilecto salutem in Domino.*

Univerſis et ſingulis quorum intereſt aut quomodolibet intereſſe poterit
hiſce ſignificamus et ad notitiã indubitatã deducimus. Quia Nos
poſt liberã reſignationem muneris Decani ſeranei Radomiensis, ſum-
ma cum laude indefeſſoq; ſtudio atq; bono communi ſui Decanatus
per Illuſtriſſimum Adum Prædum Michaelẽ Wobienſki Cano-
nicum Cathedralis Sandomiriensis, Curatum in Radom, ulteriori
neceſſitate Clericis Chriſti fideſſimis eodem Decanatu Complexorum
providentis Adum Prædum Theophilum Jahubowski Eccleſiæ
Parochialis in Wsola Curatum Nobis de qualitatibus ad obeundum
Decani munus, ſummitate, honeſtate, bene commendatum ſperantes fo-
re ut fiduciã Noſtrã in ipſo pœnitẽs de integro reſpondeat, in Deca-
num ſeraneum Radomiensem conſtituendum eſſe duſimus, uti qui-
dem hiſce Literis Noſtris conſtituimus eo cum præmiſſo ut ab Illu-
triſſimo Prædo Michaelẽ Wobienſki Canonico Cathedralis San-
domiriensis Antecedano ſuo, Acta Decanalia recipiat, quaſlibet
ordinationes Currentales ſolita via ad Clerum Decanalem promo-
veat, indilates executioni eorundem invigilet, Eccleſias Decanatus
loci quolibet anno ſemel, alias vero toties quibus neceſſitas poſtulare
rit, viſitet, defectus minoris momenti, ſi quos in Clero obſervaverit,
Ipſemet prævie facta fraternã monitione corrigat, majores autem
Conſistorio Generali Sandomiriensi, præferenda de ſuper medela
deferat, domum quatenus Concilianales ſedificia, concilianalia in
compẽtenti ſtatu, Libros metricales, Acta Religionis Civitatis,

Archiva

Antiqua documentorum ecclesiasticorum ac Registra in dicti poltadine de-
bita in ordine intertineant, vestitu sanctionibus ecclesiasticis, et praecipue Con-
cilio Tridentini praescripto uti et collari et corona ornati incedant, confessiones
non aliter, nisi superpelliccati excipiant, et concessitas sibi, eos non solum
doctrina sed etiam proprio exemplo pascant, invigilet nec non Presbyte-
rii, vicedecanales, praescripto in tempore Recollectionum ad excipiendas
Christi fidelium Confessiones approbari desiderantes, juxta nostram
ordinationem sub die 6. Februarii 1845 anno N^o 109. emanatam,
ac universo Clero Diocesano Litteris currentalibus publicatam et juxta
in fine Directorii notam anno 1846 editam sub obligatione conscientiae,
• simul cum examinatore delegato Per Illustris Adum Prædo Stanislaus
Worff Canonico hon. Lublinerensi Curato in Cerehien. et Vicedecano
examinet, examinationis testimonia fide digna extrahat, illaq; simul
cum Approbationibus expiratis vel expirandis Consistorio prolongationis
causa transmittat, ita ut uno tempore omnes sacerdotes mediante De-
cano loci facultatem ad excipiendas Christi fidelium Confessiones obtine-
re valeant, ac eosdem pro casu necessitatis ad unum quolibet anno
mensem approbet, et ad extremum in quibusvis officiosis negotiis Cleri
populumq; decanalem concernentibus Nobis, ac Consistorio Nostro sua
ex parte jura afferre satagat.

De quo Interim Status ac negotiorum spiritualium Regiminis
Commissionem; Regimen Gubernii Prædomiensis uti et procura-
torem Regium Trib. Civil. N^o Instantis Gubernii Prædomien-
sis sub hodierno, nec non Venerabilem Clerum Decanatus Præ-
domiensis, eo cum pro commissio, ut spei nec constituto Deca-

no in omnibus officii negotiis debite obtemperet, praesentibus
informamus -

Landomieris, 12 Mensis Octobris 1844 anno -

Josep. Lus Epi
v. r. p. a. g.



Casimirus Roggenb.
V. r. p. a. g.



Handwritten text, possibly a signature or date, written in cursive script.